

Q. K.  
412,  
19.

X 1862228

683

II h  
1208

Q. D. B. V.  
MELETEM A HISTORICUM  
*DE*  
JUDÆO IM-  
MORTALI,

*Quod*  
ANNUENTE JEHOVA,  
Amplissimo Philosophorum Ordine suffragante,  
in Florentissimâ, quæ Wittebergæ est  
Academiâ,  
SUB PRÆSIDIO

M. Gottfried THILONIS,

Aurimonte Silesii,  
Publice ventilandum proponit  
In Auditorio Minor.  
ad d. XXII. Febr.

JOHANNES Frenzel/  
Wolaviâ Siles.

---

Typis MICHAELIS Wende/  
Anno M DC LXVIII.

Yid. A. Goerium in Selectis ex Historia literaria t. C. 1709.  
mense Septembri 4  $\frac{1}{2}$  plag. in 4.



3.8.1.9  
MELTEMIA HISTORICA  
DE  
VLOACIUS  
LATROM

ANNALES ET ANNALS  
PHYSIOLOGIAE ORBIS TERRARUM  
ACQUA  
SALVATORIS

LIBER VI. DE MELTEMIA.

ANNALES ET ANNALS  
PHYSIOLOGIAE ORBIS TERRARUM  
ACQUA  
SALVATORIS

JOHANNES VENETUS

WOLFGANG SIEBEL

LIBER VI. DE MELTEMIA.

DEI OPE!  
PRODROMUS.

**N**unquam nos prudentiores, nunquam diligenteres esse debemus, quam quum res quondam gestas æternitati sacratas volamus. Quid haud obscure inter alios innuit Romanae Eloquentiae Parens (*a*) quando, pri-  
mam historiæ legem esse, ne quid falsi dicere audeat, præclarè ac sa-  
pientissime assertit. Nimirum ne quid temere credamus, ne quid  
imprudenter aut ignorantes affirmemus aut scientes mentiamur,  
sed omnia quæ fide historicâ referuntur ad regulas tñc Deine cùm  
Deis exigamus. Etenim quid est Historia? Περὶ Φήνης τῆς αἱλη-  
θείας, sive Sacerdos Veritatis. (Respondet Diodorus Siculus (*B*)  
Quid Veritas in Historia? *Anima* atq; ὁ Φθάλων s. oculus teste  
Nicephoro (*y*) Quòd facit illud Polybii (*d*) Ut animal luminibus  
ademptis prorsus inutile redditur; ita, si veritatem ex historia tollas,  
quod super est illius, narratio est nullius usus. Sed hoc non obstante,  
eo dementiæ processere superioribus seculis quam plurimi non  
ē plebe tantum, sed ex iis quoq; quibus datum erat præ aliis sape-  
re, ut quasvis triviales fabulas, non aliter ac Stoici (*e*) cum super-  
ficiosa solicitudine & miseria crediderint, & præterea stylo etiam  
in posteriorum gratiam complecti voluerint ausu prorsus illauda-  
bili. Hinc tot fabularum potenta, tot commenta passim repe-  
rire licet, quæ hodienum si non majori, pari certè devotione,  
atq; ipsa elogia divina, simpliciores mirantur exosculanterq;,  
non dissimiles Sacerdoti isti (*z*) cui persuasissimum erat, nihil omni-  
no esse falsum, quod semel typis fuisset excusum. Ex multis in e x-  
emplum hic vocamus tritam illam de JUDÆO IMMORTALI  
narrationem: In cujus veritatem aliquanto diligentius inquire-  
re, eamq;, licet altas in multorum animis egerit radices, sub-  
lestæ fidei arguere, impræsentiarum sedet animis. DEUS qui  
ipsa Veritas est, cœpta secundet.

(a) Cicero  
L. II. de  
Orat. c. 15.

(B) L. II. Bi-  
blioth.  
(y) L. I.  
Hist.

(d) In Ex-  
cept. L. 12.  
Hist. c. 5.

(e) apud Ci-  
cer. L. II. de  
Divin.

(z) apud  
Melch. Ca-  
num. L. II.  
Loc. Comm.  
c. penult.

## SECTIO I.

*In qua statu Controversia formatur, & histo-  
ria ut vulgo circumfertur, adductis  
nonnullis testibus, narratur.*

### §. I.

**A**d rem ipsam nunc paramus accessum. Creditur vulgo Ju-  
dæum qvendam immortalem esse, qvi jam olim tempore  
Passionis Christi vixit, & calceariam Hierosolymis exercuit,  
nec procul à portâ, per quam Salvator ad montem Calvarię de-  
ductus fuit, suas ædes habuit, & JESU M cum ad januam  
eius quiescere paululum voluisset, abegit atq; protrusit: Cui  
Jesus irato vultu dixit: Ego quiescam tu verò perpetuò pere-  
grinaberis. Et hinc factum ut neq; interdiu neq; noctu hacte-  
nus quileverit. De hac narratione quæritur, qvid censendum  
sit? Vera ne debeat agnosci, an verò fabulis an numerari? Ve-  
ram esse censent non pauci, sed multi iiq; magni nominis Viri.  
Præ aliis. *Autor qvidam Aravuus in peculiari libello Germanico, cui titulum fecit: Relation oder kurzer Bericht von zweyen Zeugen des Leydens unsers geliebten Heylandes JESU CHRISTI, deren einer ein Heynde / der ander ein Jude / dasselbe zur Zeit da der Herr ge-  
kreuziget worden / angesehen / und alle beyde noch heutiges Tages im Leben seyn sollen/ auf unterschiedlichen Historicis und glaubwürdigen Zeugen zusammen getragen.* Cum itaq; Autor iste inter alios di-  
ligenter ac speciosis ratiociniis argumentum illud tractarit,  
omniaq; quæ pro afferendâ illâ fabulâ adduci possint, non mi-  
nus cum insigni zelo qvam labore congeserit, hinc operæ pre-  
tium duximus illum præ aliis ad examen vocare, mendacium  
istud qvod errores qvam plurimos peperit, detecturi. Ante-  
qvam verò id aggrediamur, non incongruum erit, Aliqvos qui  
historiam ipsam cum omnibus circumstantiis retulerunt, hic  
sistere.

**§. II.** Circumspicientes autem omnia historiarum monumenta,  
pro hac traditione, antiquiore locum vix invenient, qvam quem  
affert

ONTDIEZ

S A



affert Matheus Parisiensis (n) qvando inquit: Archiepiscopus qui-  
dam Armeniae, in Angliam veniens, interrogatus de Josepho, viro  
illo (de quo freqvens sermo habetur inter homines, qui, qvando pas-  
sus est Dominus, præsens fuit, & locutus est cum eo, qui adhuc vivit  
in argumentum fidei Christianæ) si illum aliquando viderit, vel de  
eo qvicquam audierit: respondit Archiepiscopus, adferens rem gestam  
seriatim. Et postea miles qvidam Antiochenus de familia ejus, qui  
interpres illius erat, notus etiam cuidam famulo Domini Abbatis,  
Henrico Spigurnel, exponens sermones illius, dixit lingvâ Gallicanâ:  
bene, inquit, novit Dominus meus hominem illum, & paulo ante, quam  
iter adriperet ad Partes Occidentis, idem Joseph in Armenia come-  
dit ad mensam Domini mei Archiepiscopi, quem multoties viderat  
& audierat loquentem. Et postmodum interrogatus de rebus gestis  
inter DN. JESUM CHRISTUM & eundem, Joseph, respon-  
dit: Tempore Passionis JESU CHRISTI, quum captus à Judeis  
in prætorium adductus fuisset ante Præsidem Pilatum, ut judicaretur  
ab ipso, accusantibus ipsum constanter Judæis, quum Pilatus nullam in  
eo causam mortis invenisset, dixit ad eos: Accipite eum vos & se-  
cundum legem vestram judicate eum. Sed tandem invalescentibus  
clamoribus Judæorum, Pilatus iis dimisit Barrabam ad petitionem  
illorum, & tradidit eis JESUM, ut crucifigeretur. Trahentibus  
autem Judæis JESUM extra prætorium, cum venisset ad ostium,  
Cartaphilus Prætorii Ostiarius & Pontii Pilati, quum per ostium  
exiret JESUS, pepulit eum pugno contemptibiliter post tergum, &  
irridens dixit: Vade, JESU, citius vade, quid moraris? Et  
JESUS severo oculo & vultu respiciens in eum dixit: Ego vado,  
& expectabis donec veniam: ac si juxta Evangelistam diceretur:  
Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est; tu autem secundum  
meum adventum expectabis. Itaq; juxta verbum Domini expectat  
ad huc Cartaphilus ille, qui tempore Dominicæ passionis erat quasi  
triginta annorum, & semper cum usq; ad centum attigerit redeuntium  
annorum, corripitur incurabili infirmitate, & rapitur quasi in  
ecstasim & convalescens rediit redivivus ad illum etatis statum, quo  
fuit anno, quando passus est Dominus, ut verè posse dicere cum  
Psalmista: Renovatur ut Aquilæ juventus mea. Verum post  
passionem Domini crescente fide Catholicâ, idem Cartaphilus bapti-  
zatus fuit ab Ananiâ qui baptizavit D. Paulum Apostolum & vocatus

(n) in histor.

Anglic. p.

339.

(θ) in Histor. est Joseph habitat autem frequenter in utraq; Armenia, & in aliis re-  
Eccles. Part. gionibus Orientis, vivens inter Episcopos & alios Ecclesiæ Prelatos  
III. p. 540. homo sanctæ conversationis & religionis, pauca habens verba & cir-  
(ι) in Epi- cumspecta, ut qui nihil loquitur nisi ab Episcopis & Viris religiosis fue-  
stola III. Id. rit requisitus. Et tunc refert de rebus antiquitatis & de iis quæ gestæ  
Decemb. fuerunt in Passione Domini, & resurrectione & de testibus resurrec-  
Ann. c. I. I. c. tionis, illis videlicet, qui resurrexerunt cum Christo, & venerunt  
XIIIX. Reva- in Sanctam Civitatem & apparuerunt multis. Refert etiam de Sym-  
liâ ad ami- bolo Apostolorum & eorum Divisione & prædicatione, & hoc sine ri-  
cum scripta. su & omni levitate verborum & nota redargutionis vel reprehensi-  
it. in seiner nis, ut qui magis versatur in lachrymis & timore Domini &c. Hacte-  
deutschen nus Paris; Cujus singula verba totidem literis repetit Hottinge-  
Relation rius, Vir variis lucubrationibus cedro dignissimis celeberri-  
1645. mus (θ.)

gedruckt.

(κ) In an- dern Theil der Send- schreiben Epist. DVII. p.m. 700.

(λ) in Epit. Histor. p.m.

759.

(μ) l.c.

(ν) L. XI.

Hist. p. 381.

(ξ) Praxi Alch. p. 291.

(ο) in Sylva Chronolog. Circuli Baltici part. II.

p. 271.

(π) L. c.

§. III. Ex pluribus aliis qui Paridi succenturiari possent, suffi-  
cerit duos duntaxat citasse, qui plenius fabulam illam tradunt.  
Prior est Chrysostomus Dudulus, Westphalus (ι) uti videre est apud  
Doctissimum Zcillerum qui literas ejus prolixè refert. (η) Alter  
est Job. Cluverus Academ. Soran. Profes. Reg. (λ) Cujus verba  
omnia pulchrè Germanico Idiomate expressit Anonymus noster  
(μ) Præter hos Scriptores alii quoq; narrationis istius mentio-  
nem injiciunt, ut Rudolphus Botereus, (ν) Gallus nec non Claris-  
sim. Libavius (ξ) Nicolaus Heldvaderus it. (ο) pluresq; alii infra  
pro nobis adducendi.

§. IV. De Gentili autem, quem Anonymus noster (π) ob si-  
mile delictum similem luere poenam, operose asserit, impræsen-  
tiarum nil attinet dicere. Qvanquam sive hic sive alibi quaestio  
ista ventiletur, in negativam manibus pedibusq; (quod dicunt)  
descendendum sit sententiam.

## SECT. II.

In qua fabulam hanc, inductis firmis  
fundamentis, destruimus.

### §. I.

Postquam in præcedentibus narrationem ipsam summatim  
proposuerimus, accingimus nos ad ejusdem examen. Ad-  
ducemus

ducemus autem argumenta admodum probabilia, quibus evi-  
dentissime demonstrabimus, totam illam relationem, nil nisi  
metam fabulam esse, qva Architectus mendaciorum per satelli-  
tes suos juratos incautis imponere voluit. Eqvidem non ne-  
gamus nugis istis non nihil veri ex Historia Evangelistarum in-  
sertum esse; At proinde integrum commentum fide historicā  
suscipiendum esse, qvis dixerit. Solemne qvippe ac freqvens  
est Mille fraudum Artifici, mendacia sua in perniciem homi-  
num fabricata, rariore veritatis sale condire. Sit ergo hoc pri-  
mum argumentum: De quacunq; re altissimum est silentium non so-  
lum apud Evangelistas & Apostolos sed etiam Historicos οὐ γένεται  
aut eos, qui proxime sequentibus seculis vixerunt, illius veritas me-  
rito in dubium vocatur. Atq; de Historia illa de Iudeo Immortali  
altissimum est silentium &c. Majorem quod attinet, non ignora-  
mus argumentum ab autoritate negatā nullius esse momenti; (ρ) L. III.  
Eqvidem dicente Crantzio (ε) multa scripta non sunt qvæ tamen SAXON. c. 25.  
facta sunt. Sed addunt alii licere, ratione Scriptorum Ejusdem  
seculi, qvi sibi mutuas operas tradere debent, uno supplente il-  
lud, qvod ab altero omissum est. Sic quando posteriores scripto-  
res comparantur cum οὐ γένεται horum silentium s. negativum testi-  
monium sufficit evertendæ temerariae illorum affirmationi, inquit Cl.  
Schokius (σ) confer qvo habet Ruperrus in simili casu. (τ) Minorem  
v. probare de facili possumus. Evolvamus qvæso universam histo-  
riam de Passione Salvatoris nostri ab Amanuensibus N.T. prolixe  
satis ac perspicue traditam, & nihil prorsus de Iudeo hoc reperie-  
mus, imò nec volā nec vestigium. Sanè alia qvæ tempore isto acci-  
derunt licet leviora & minutiora longè, accuratissime Stylo com-  
plexi fuerunt, historiolam autem hanc penitus ignorant. Erant  
Sancti illi Viri toti in eo, ut ea qvæ maximum pondus ad com-  
movendos hominum animos habebant, serviebantq; præ aliis  
promovendæ Iudeorum æq; ac Gentilium conversioni, diligen-  
tissime annotarent, si itaq; tale qvid Iudeo isti revera contigis-  
set, dignum censuissent, qvod ad seram usq; posteritatem pro-  
pagaretur.

§. II. Verum non hi Viri Ἰερεῖς tantum, sed etiam tota ve-  
deranda antiquitas altum hac de re silet. Apud omnes qvot-  
qvt historiam Ecclesiasticam contexuerunt, ne umbra qvidem  
notari

(ρ) Fab.  
Hamm. P.  
III. c. 1. pag.

178.

(τ) Observ.  
in Synopl.  
besold.

Min. c.  
XVIII. pag.

677.

notari potest. Tacet Josephus, quem diligentissimum nūi àληγέ-  
(v) in pro- sa]or omnium Scriptorum vocat Scaliger (v) Tacet Nicephorus cui  
legom. de E- alias non infreqvens veris addere falsa. Ubi igitur gentium fuit  
mendat. per tot secula Judæus ille? Anonymus cum Archiepiscopo apud  
Temp. Parisium censet, illum in Armenia aliisq; plagis Orientalibus  
latitasse. At verba audimus qvæ pectus neutiqvam exsaturant.  
Manet enim insolubile ορόμενος, ubi nam vixerit per mille ac  
ducentos integros annos, qvi à tempore Passionis Domini usq;  
ad Episcopi ætatem effluxerunt? Apud Autores qvi res Armeni-  
orum aliorumq; in Oriente suis consignarunt literis, nusqvam  
ne χεὶ vel μὲν occurrit qvod huc spectet; probabili argumento  
ne tunc qvidem ex antris superstitionis & ignorantiae fabellam  
(φ) L. II. hanc extraftam fuisse. Rectè Melchior Canus: (φ) Scriptores  
Locor. veteris etatis non omisissent, si scivissent; scivissent omnino rem, si  
Comm. fuisse.  
c. 5.

§. III. Præterea robur etiam egregium accedit sententia no-  
stræ per hoc argumentum: Quæcumq; narratio repugnare vide-  
tur non minus mansuetudini Christi, quam judicio hominum, illa fa-  
bulis accensi meretur. Arg, narratio de Judeo immortali E. E.  
Assumptum patet. Incomparabile enim mansuetudinis exem-  
plum Christum fuisse, sacra docet pagina. Qyam in rem Theo-  
(χ) 1. Pet. 2. logi adducere solent locum Apostoli (χ) Cum maledictis in-  
cesseretur, non regessit maledictum, patiens non minabatur, tra-  
v. 23. dicit autem judicanti juste. Confer hic Magnum Gerhardum (ψ)  
(ψ) in Com- qui observat per λοιδορίας in voce λοιδορύων (qvæ in tex-  
ment. in b.l. tu habetur) verbales & per παθήσαται, omnis generis injurias  
reales Christo illatas intelligi. Ut nihil nunc dicam, impossibile  
plane esse, unum eundemq; numero hominem (corpus natura-  
le) uno eodemq; tempore in diversis simul existere locis, qvod  
tamen affirmare audent Adversarii. Hæc enim qvomodo cum  
judicio omnium, qvi unqvam inter homines meruerunt censi-  
conveniant, non asseqvimur.

§. IV. Porro sic argumentamur: Quæcumque narratio sibi  
non constat sed innumeris scatet Contradictionibus, illa non pluris  
debet fieri qvam anilis quæque fabula. At talis est narratio  
de Judeo immortali, E. De Majoris indubitatâ veritate nul-  
lus dubitabit. Assumptionem vero paucis dabimus probatam,  
Qva

Qva nōmen Judæi istius, Scriptores certant & adhuc sub judicē  
lis est. Ante Baptismum, Parisius illum vocat *Carthaphilum*, Alii  
qvos inter *Libavius*, *Buttadeum*: post Baptismum verò *Paridi Jo-  
sephus*, *Paulo ab Eitzen* (ad qvem *Duduleus* provocat) *Abasverus*  
dicitur. Quæ mira denominationis varietas *Anonymum N.*  
miserè decepit, ut crediderit non unum esse, de qvo citati Au-  
tores loquantur, sed duos ejusdem culpæ ac pœnæ reos, alte-  
rum *Judæum*, Gentilem alterum. Sed nos hypothesin hanc,  
cā qva adducta est facilitate meritò rejicimus. Immo & nomi-  
num illa mutatio nobis non sine ratione suspecta habetur. Eqvi-  
dem utroque pollice largimur Infantibus in Baptismo nomina  
vel Parentum vel Apostolorum imposita fuisse, testibus *Dy-  
nyso* (ω) & *Dionysio Alexandrino* (α) *Judæos* autem adultos,  
vernante Ecclesia N. T. ejuratis cum religione pristinis, qvæ  
in Circumcisione acceperunt, nominibus, nova & prorsus alia  
induisse, grande postulatum est. Qvantum ad genus vitæ,  
tot etiam deprehenduntur sententiæ qvot capita. *Parisius*  
*Ostiarium* s. *Janitorem* fuisse affirmat, *Duduleus* & *Anonymus N.*  
*Calcearium* s. *Sutorem*. Secundum hos, dicitur Christum qvies-  
cere volentem verberasse modulo aut formulâ, qvam Germani  
Einen Schuchleisten appellant; secundum illos, pepulisse Eum  
fertur pugno & protrusisse è prætorio. Circa apparitionem  
Ejus non minus etiam scinditur incertum studia in contraria  
vulgus. Hic qvinquaginta, alibi triginta annorum Vir credi-  
tus est. Juxta *Duduleum* & *Anonymum N.* Hamburgi discal-  
ceatus, alibi non sine calceis incessit. In hoc loco valdè parcus  
in accipiendo ære fuit; In alio verò tam promptus qvam qvi-  
dem promptissimus. Hic Proteus ille nec stare se diu nec se-  
dere posse affirmavit; Alibi & stetisse & sedisse perhibetur.  
Usqve adeò verum est qvod sapientissimus *Romanus* dixit: (β)  
*Nunquam falsi constantia est: variantur & disident.* Et qvod  
Rabbinis semper in ore est לֹא רְגִלּוּם שָׁקֵר אַיִן B Mendacium non ha-  
bet pedes, Lügen mag nicht bestehen.

(ω) de Eccl.  
Hierarch.  
c. de Bapt.  
(α) Apud  
Eusebium  
L.VII.c.25.

(β) Seneca  
Epist.

§. IV. Pergimus ad argumentum quartum, qvod sic propo-  
nimus: *Cuicunque narrationi præfixæ bæ dubia mercis notæ, ajunt,*  
*fama est, ex ore vulgi saltem accepimus, Ea pro certâ s. approbata*

B

nec



(γ) in Mel-  
pom

(κ) in Po-  
lymnia

(λ) in Ob-  
serv. in Sy-  
nop. Besold.  
c. XVIII, p.  
p. 671.

(μ) Lib. V.  
Animal.  
c. 19.

(ν) l. c.

(ξ) in Sylva  
Chronolo-  
gica Circuli  
Baltb. Part.  
n. p. 271.

(ο) l. c.

necc accipi potest nec debet: At talis est narratio de Judæo circumfor-  
raneo E. Majorem approbat omnes qvi vel legitimam histo-  
riam condiderunt vel ingenium famæ satis perspectum habent;  
ut Herodotus (γ) fabulam de Psyllis relaturus; ea qvæ Afri perhibeant  
se memorare ait; & (κ) alibi toti suæ historiæ patrocinium parans  
Ego, inquit, qvæ fando cognovi, exponere oratione meâ debeo  
omnia: Credere vero vera esse omnia non debeo. Vide Clariß. Ru-  
pertum (λ) Ita etiam Aristoteles (μ) Salamandra, ὡς Φασὶ ut ajunt,  
ignem, inambulans per eum, extingvit. Pro stabilenda Minore  
unum exemplum instar omnium sit: Id est Cluveri Viri de uni-  
versa historia præclare meriti (cujus auctoritatem frustâ pro-  
sententia suâ advocat Anonymus) qvi historiam illam de Agyrtâ  
Judæo hunc in modum auspicatur: Habebant & in sermonibus  
rem plerisq; incredibilem Saxones nostri. Nimurum commeare per  
Urbes Iudeum qvendam immortalem, qvi ob injuriam olim Christo  
Crucifigendo factam perpetua usq; ad extremum diem oberrationis  
effet damnatus &c. Qvæ verba ita reddidit Anonymus: Es haben  
uns auch (in diesen 1604. Jahre) unsere Sachsen für gewiß berichtet  
dass ein Jüde &c. (ν) Ubi tamen in Interpretè candorem desi-  
deramus qvi male & inconsulto inseruit voculam (gewiß) qvæ  
in Cluverio, uti qvilibet facile advertit, non habetur. Sic ad-  
versæ sententiæ Fautoribus incumbit, ut anteqvam ex Autore  
aliquo nos premant, eundem accurate prius examinent, atq;  
adjectas istas fallacis & fucosæ mercis notas obseruent; ne qvi  
alios falsitatis arguunt, accusandi sint potius ipsi.

§. V f. Deniq; cum contrariarum partium Patroni in præ-  
fidium fabulæ istius, auctoritatem s̄rpe numero jactant, nos  
qvoq; ut idem tentaremus excitarunt provocaruntq;. Qvare  
inter multos qvibus historia ista ὁλοήρημα καὶ σαπεὸν μυθάειον.

hoc est, merum nugamentum & putida fabula dicitur, aliquos  
duntaxat in testimonium Veritatis advoçabimus. Nicolaus  
Helduaderus Theologus & Mathematicus non incelebris (ξ) citante  
Dn. Zeillero (ο) ita de hac re scribit: In diesem 1604. Jahr ist  
eine Fabel in öffentlichen Druck aufgängen von einem Ju-  
den / der zu Jerusalem / zu Zeiten des Herrn Christi sollte  
ein

Schuster gewesen seyn / und deswegen / daß er den HErrn  
JEsum am Charsfreitag / mit einem Schuhleisten als er  
zu seiner Marter gegangen / geschlagen / nicht sterben kön-  
nen sondern müste in der Welt herum lauffen und vagiren bis  
an den jüngsten Tag / si credere fas est. Cujus testimonium  
non sine ratione adduximus, ut constet quantum tribuendum sit  
Epistolæ Dudulæ supra citati. Nam si verum est, quod de Paulo  
ab Eiza , Westphalus ille scribit , quomodo fugere id potuit,  
Theologum Schlesvicensem Heldvaderum. Huic accedit  
Theologus summus & māw̄ aītāz̄ Œ̄ aāw̄ Dannbauerus (π)  
quando cum Judæo isto ( si diis placet ) Immortali non nullos  
Sanctos alios , Longinum videlicet , Christophorum , Petronillam ,  
Teclam , Catharinam & septem dormientes ceu ejusdem furfuris  
conjungit. Et famigeratissimus Reformatorum Theologus Joha-  
nnes Hornbeck: (ε) Inter quæ (figmenta) inquit b.l. non prætereundum  
videtur quod mibi à Judæis quandog; exprobratum , ubi videbant ex-  
vano aliquo rumore ad sua loca confluere immensam hominum papa-  
lium turbam visuorum ( uti falso sparsum fuerat ) Judæum , qui à  
Christi temporibus superfluisse ; & vagari in certis sedibus credebatur ,  
usq; ad diem Adventus Christi novissimum , quærebant , an tale quid  
de Judæo aliquo , nostra in lege (sic vulgo loquuntur) contineretur ?  
& quomodo adeo creduli essent Christiani & mendaciis addicti ? Fa-  
teor haud leve scandalum sic ipsis objici. Jam & historiis nonnullis ,  
catera note haud insimae , insertam illam vagantis Judæi legendam ,  
magis indignamur. Meræ nuge &c. Idem sentit Philologorum  
facile Princeps Hottingerus (σ) ita inquisiens: Referri buc deberet  
exemplum Josephi illius , de quo Matb. Paris ; nisi apertum nimis re-  
doleret figmentum. Inseram interim illud Historia Judæicæ , ut pa-  
teat longo satis tempore fabulam illam , quam hodierno etiam die  
Agyrta , sub alio tamen nomine , quidam agit , non demum χρ̄c  
η νεοχρ̄c natam esse. Adde Celeberrimum Dn. Doct. Strauchium  
Histor. Prof. P. meritissimum (τ) nec non Clariß. Dn. M. Mitter-  
nacht. (υ) Qibus non pauca nos debere , quæ agello huic infe-  
tuimus , & grata & ingenua voce profitemur.

(ω) in Dra-  
mate S.  
Theat. II.  
Ph. I.

(ε) De Con-  
vincendis  
Jud. in Pro-  
leg. S. V.  
p. 18.

(σ) l. cit.

(τ) in Colle-  
gio Priv. in  
Hist. Eccl.  
N. T. Tit.  
de Judæo Im-  
mort.

(υ) In pecu-  
liari differ-  
tatione bac-  
de re con-  
scripta.

### SECTIO III.

*In qua, potiora Adversariorum dubia,  
resolvuntur.*

#### §. I.

**H**æc fuere, qvæ ob amorem veritatis pro destruenda illa fabulâ vulgi, reliquis Maniis & plebejis Scriptoribus, cum Historicis experientissimis, in medium adferre voluimus. Ut verò etiam deformes buccæ suos habent Basiatores, ita qvoq; nulla tam absurdâ sententiarum portenta afferri possunt, qvæ non suos inveniant Propugnatores, qvemadmodum id ex praesenti materia non potest non esse manifestum. Qvam lubrico, non dicam per omnia falso fundamento nitatur narratio ista, qvis est qvi non videat? nihilo tamen secus calculum etiam meruit, non modo Pontificiorum & Plebejorum sed etiam eorum qvi eruditi audiri volunt, nec non religionem puriorem amplexi, veritatem profitentur. Et qvod magis mirum, non nulli pro Concione fabulam istam proponunt, alii fastis illiniunt ne lateat vulgum, utriq; pro ejus veritate tanquam pro aris ac focis acriter digladiantur. Inter omnes præcipuum obtinet locum, Anonymus sæpe à nobis citatus, qvi omnes ingenii nervos eò intendit, ut somnium istud in possessionem veritatis transferat. Qvam in rem qvidem varias compilavit rationes, sed fculneas & qvæ examen non sustinent.

§. II. Ac primum, quâ animadversiones, qvas ex Dudulæo annotavit, qvanquam morbidam illam causam nihil aut parum admodum juvent, eas tamen, cum ad Theologiam spectent, nostri juris facere nec volumus nec debemus. In Observat. autem VII. ubi de suo aliqvid addit, confugit ad occultum Dei consilium & miraculosam Judæi istius conservationem. At hæc hypothesis minus serviunt, & in Exemplis prorsus disparatio est. Vera immò verissima sunt qvæ Justinus Martyr habet: (Q) Non oportet Cogitationibus nostris metiri opera DEI. Nam supra mentem & sensum & rationem sunt opera DEI. Interim tamen hæc parum Patronum fabulæ istius juvant. Dei enim Consilia & judicia sic profunda esse, ut simul sint iustissima commune Christianorum

(Q) *In Græc  
Qvæst. Con  
futatione.*



rum assertum est, in verbo D E I firmiter radicatum. Deinde non diffitemur multa miraculosè atq; extraordinariè olim accidisse. Interim tamen non omnia promiscuè admittenda sunt, præprimis qvæ expressè cum D E I voluntate pugnant & alieno tempore obtruduntur. Hinc non est ut dicat Anonymus N. infirmam esse seqvelam: Wann der Ungläubige spricht: Ich glaube es nicht: Und der Unwissende / Ich verstehe es nicht: Oder der Blinde und Taube: Ich sehe und höre es nicht: Ergo, so ist's auch nicht ic. Largimur qvippè, plurima videri incredibilia, quæ certissimè contigerunt. Attamen uti nimium morosa nimiumq; dissidens à mīia, ita etiam facilis ac temeraria credulitas culpâ non caret. Et qvomodo hæc patrocinantur portentosæ fabulæ, cujus veritatem nullo testimonio divino (à qvo tamen & affirmativè & negativè V. C.) aut humano qvod idoneum sit, haetenus roboratam dederunt?

§. III. Sed jam animadvero, qvid dicturi sint Adversarii; notoriam illam fabulam à pluribus promiscuè comprobata non posse errare; Non qvidem ignoramus, Ciceronis vocem esse (χ) L. II. ad (χ) Fama temere non nascitur, qvin subsit aliquid; Interim tamen Here. c. 8. hic monemus, ut diligenter ad animum revocetur fuisse tum, ubi primam lucem hæc fabula vidit, καιετς τερρολογιας, tempora portentiloquiorum, ut loquitur Casaubonus (ψ) Nihil igitur (ψ) Proleg. periculosius, qvam vel tantillum dare temporum istorum famæ. in Exercit. Qui enim hoc ipsum fecerunt, veritatis fecerunt naufragium; cui Baron. errori cum Sapientes etiam expositi sint, mirum non est vulgus obnoxium esse qvod secundum Tacitum (ω) vacuum curis & sine (ω) Lib. IV. falsi verig; discrimine, Ab Horatio (α) bellua multorum capitum Ann. c. 80. vocatur. Sed dices; vidisse Judæum illum, Magni nominis (α) Lib. I. Viros & propterea fidem qvoq; habuisse communi narrationi. Ep. i. At qvis nescit etiam illos fuisse homines ac proinde erroribus æq; obnoxious. Decepti sunt sape numero summi Viri, ho- dieq; falluntur ac fallunt egregiè. Sic Botereus. Anno clc Ic IV. Parisis & in Gallia visum asserit. At Julius Cesar Bulengerus (β) (β) in Hist. de eo ita scribit: Credat Judæus Apella. Hominem id temporis, sui temp. qvum Parisius agerem, non vidi, nec de eosatis certis auctoribus au- f. 357.

(y) l.cit.

divi &c. referente Zeillero. (y) Qvod autem distinctis temporibus, in diversis locis idem numero Judæus visus fuerit, non nude tantum afferere sed solidis documentis demonstrare debebant Adversarii. Alias non possumus voluntatem nostram illis submittere, qui diqtaturam qvidem seriò exercent, sed non ex Senatus consulto. Profecto nemo ante hac vixit, cujus non similis aliquis revixerit. Unde nec mirum esse potest, post Circumforaneum illum apud Paridem, subsecutis seculis alium atq; alium subinde à Satana agitatum prodijisse, atq; eandem, mutatâ saltem personâ, lusisse fabulam: Nec est qvod urgeas fecisse nihilominus Judæum istum fidem miraculo, dum in Germaniâ Germanico, in Galliâ Gallico, in Hispaniâ Hispanico usus est Idiomate. Ne enim jam repetamus, qvæ circa immediate præcedens argumentum diximus, hoc saltem notari volumus, qvævis secula aliquot πολυγλώττου vidisse eosq; non æq; pios ac lingvarum gnaros. Dum autem Anonymus N. cum Dudulæo pro stabilienda Immortalitate Judæi illius ad longævitatem Johannis de Temporibus, qui vixerit annos 361. usq; ad tempora Caroli M. & Avium qvarundam confugit, ignotum per æqvè ignotum & obscurum probat. Nimirum qua prius:ætas illa definitam vivendi periodum excedit. Et præterea probe tenenda sunt quæ Æmilius (δ) habet: Sub hoc tempus, inquit, obiit Jobannes à Stampis, quem per errorem à temporibus, multi vocarunt ob diuturnam vitam: plus 360. annis vixisse eum faciunt, sub Carolo M. meruisse, sub Ludovico Crassi Filio decesse, cum interea nulla in tot motibus mentio Ejus facta fuerit. Nec lateri ignorariq; potuisset Ejus virtus, qvæ specimen sui, jam inde à Clarissimi Imperatoris ætate præbuisset, libentius crediderim eum militasse sub Carolo Simplici Nepote, qui ad Carolum M. originem suam retulit, nec 360. sed 160. circiter annorum vitam ei contigisse, id qvod etiam consenscente mundo magnum & memorabile sit. Conf.

(δ) L. V. de  
rebus Gest.  
Franc.

(ε) in Chro-  
nic. ad  
ann. 1138.

Job. Tiliūm (ε) Qva posterius: Aquilam senio confessam in ignem sub concavo Lunæ evolare ibiç; accensam in mare procidere, atq; sic ad juventam redire; Pelicanum item, aduncō rostro pedus lauciare & pullis mortuis sanguinem effluentem communicare, quo recepto vivificantur atq; restituantur. Nec

Nec non Phænicem tot annorum millia vivere & mortuam ē  
cineribus suis reviviscere, Figmenta sunt à Naturæ scrutato-  
ribus jamdudum explosa. vide B. Sperling. (8) nee non Lau-  
remberg. (9) Deniq; frustra quoq; sunt, qvi ex testimonio  
Judæi, Illustriorem reddi Historiam Passionis Christi &  
facilius moveri homines teste illo oculato, imprudenter  
asserunt. Qvæ enim lux ē tenebris! & quale præsidium ha-  
bebit veritas à fabulis! Sine mendacio consummabitur ver-  
bum Legis & Sapientia in ore fidelis complanabitur, inquit Synci-  
des. (10) Qvare omnium tutissimum est Christo Veritati ipsi &  
Apostolis Ejus mentiri nesciis, attendere, Agyrtam vero ac  
Sutorem illum qvi quantus quantus est ē fraudibus consutus  
est, linquere. Atq; sic exegimus id quod propositum erat  
Antiquâ virtute & Fide. Tuverò Candide Lector recordare  
nobiscum, primam Sapientiæ legem esse: Non temere  
credere.

(8) in Zool.

Part. Sp. L.

IV. c. II. A. 9.

IV. p. 320.

it. c. IX. A-

xiom, H. p.

351.

(9) in A-

cessà Philo.

Cent. II.

bist. 18.

(10) a. 34. v. 8.

## SUPERPONDIA.

### I.

QVÆ Barradius, de Johanne Evangelistâ nondum mortuo  
scribit, fabulam sapiunt. Legimus qvippe superiori se-  
culo, Agyrtam quendam nomen istud mentitum, (qvem Gvil-  
helmus Postellus vir multarum lingvarum & nullorum sacro-  
rum fratrem suum appellavit) Tholosæ vivicomburio damna-  
tum esse. Conf. Gisbert Voet. (1) Digna certè Impostore  
merces.

(1) Part. I.  
Disp. select.  
p. 1146.

### II.

Septem Dormientes, (die sieben Schläffer) qvos A.C.  
251. metu horrendæ sævitiae, qvæ in Christianos exercebatur,  
ex urbe Epheso in montem cavum secessisse terunt, ibi annos  
amplius 169. dormivisse & demum A.C. 446. solutos somno esse,  
ut habet Cedrenus, Nicephorus, Historia Lombardica apud

Mattb.



600 1908  
(n) Tralt. Matth. Dresserum (n) Fabula est. Habetur eadem in Alcoran.  
de diebus Surat 18. qvam à Muhammede ridiculè narratam & à com-  
Festis ad d. mentatoribus mirè autam recenset Olearius (λ)

27. Jun. p.  
m. 151.

(λ) im Ro-  
senthal p. 8.

(μ) in No-  
tis ad Mar-  
tyrolog.

Rom. d. 23.  
April.

**Georgium Cappadocem**, in Eqvo armatum hastz cuspidē  
Draconem interfecisse & Virginem (Regis Filiam) supplices  
manus tendentem liberasse, commentum Monachorum est.  
Ut facetur ipse Baronius. (μ) *De Christophoro*, & aliis qvi in Pa-  
patu sancti habentur, sed sanctis ex Utopiā, Idem esto judi-  
cium. *Qvod igitur olim Flaccus de Pictoribus atque Poëtis*  
*dixit, in Monachos exasse quadrat, qvibus,*  
*Quidlibet audendi semper fuit*  
*eqva potestas.*

## SOLI DEO GLORIA.



AC

1017

